Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31256
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

de choro ne plus foris quam du
os psalmos moreantur. et ne am
plius quam duo iuxta se stan
tes simul exeant. Qui cantat
responsorium antequam illud
incipiat inclinet. et post uer
sum iterum inclinet. Ad eius
repetitionem. uertat se chorus
adinuicem. Si inuitatorium
fuerit in dextro choro. cantor
incipiat ymnos omnibus festis
diebus tam ad uigilias. quam
ad ceteras horas. excepto sexta
et nona. quos inchoet qui solet
priuatis diebus incipere. Si can
tor defuerit. ille cui iniunc
tum est benedictus et magnifi
cat imponere. In sinistro si fu
erit. succentor incipiat. Qui si
defuerit. ille cui iniunctum est
supradicta cantica incipere in
cipiat. Priuatis uero diebus tam
ad uigilias quam ad ceteras di
ei horas. ille ymnos inchoare de
bet. qui psalmos incipit quan
do ebdomadarius incipit anti
phonam. Omni autem tempo
re. quicumque ymnos incipit.
stet semotus a podio. Ad uigiliis.
resideant super misericordias. sicut ad

ceteras horas. Ebdomadario
incipiente benedicamus do
mino. erigant se omnes. quo
dicto. inclinet. Nam ad cete
ras horas non surgunt ni
si post deo gratias. excep
to ad uesperas. Si dominica fu
erit. stent uersi uultibus
ad altare. donec benedicti
ones super coquos comple
antur. Quae si fiet commemo
ratio. stent ita usque ad o
remus. et tunc resideant
super misericordias. nec resurgant
nisi post deo gratias. In hieme
si dies laboris simul et ieiu
nii fuerit. responso amen. sta
tim subsequatur prima. Sin
autem. dicto deo gratias. in
clinant et exeant. Tunc sa
crista pulset modice signum.
si dies fuerit. Si non dum ap
paruerit. non pulsetur. sed
interim fratres sedeant in
claustro ad lumen accensum
a seruitore ecclesie si non legant
Cumque dies claruerit. pul
setur signum modice. et fiat
interuallum. et qui uolue
rint possint se calciare. uel